



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 53. Accusationum capita a Baji adversariis contra ipsum proposita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

Bajana t. 2.
p. 209.

Interea Michaelis Baji caussa in Belgio semper immoto Religionis studio urgebatur, ac præprimis Franciscus Bonhomus Episcopus Vercellensis a Gregorio XIII. tanquam Legatus in Flandriam mittebatur, ut in tumultus in Lovaniensi Universitate recens exortos inquireret, eosque, si possiet, penitus extingeret: itaque ineunte hoc anno millesimo quingentesimo octogesimo quinto Lovanium delatus nonnullis disputationibus scholasticis interesse voluit, ut diffidiorum, quæ inter Doctores fervebant, caussas penitus inspicere possiet: ea autem occasione hostes Baji, ac præ ceteris Cornelius Reynerijs, scripto novas adversus eum instituerunt criminationes, de quibus postulabant, ut ab isto Legato Bajus interrogaretur,

§. LIII.

Accusationum capita a Baji adversarijs contra ipsum proposita.

*Bajana ex
act. Univerf.
Lov. ad ann.
1585. p. 182.*

Hoc scriptum decem articulos complectebatur, circa quos Bajus esset interrogandus, ac I. quidem, „an verum „sit, quod ipse non ita pridem post exhibitam, lectam, publicatam, atque „receptam a tota Theologica Facultate „Lovaniensi, in qua ipse tunc erat „agens, & regens, Bullam sanctissimi Do- „mini

Sæcul XVI.
A.C. 1585.

„mini Nostri Pii Papæ V. super certis
 „articulis, seu sententiis in eadem Bul-
 „la expressis, damnatis, & prohibitis,
 „parvum quoddam scriptum composue-
 „rit directe, & ex professo contra
 „ejusdem Bullæ censuram, illudque
 „permiserit in multorum manus exire,
 „an ve testis scriptum illud, aut ejus
 „transumptum viderit, legerit, aut
 „legi audiverit, anque illud habeat?
 „porro hoc si foret, illud ipsum exhi-
 „beret. II. quærebatur, an etiam ve-
 „rum sit, quod idem aliud quoddam scri-
 „ptum circa idem tempus composue-
 „rit multo majus, pleniusque ejusdem
 „argumenti, quod ipsum quoque fuit in
 „varia exemplaria descriptum, III. in-
 „terrogabatur, an idem jussus plerasque
 „sententias confutare, ac in aliis se
 „ipsum declarare publice in scholis
 „Theologicis, duobus diebus continuis,
 „ea dixerit, quæ auditores graviter of-
 „fenderunt, conformia duobus scri-
 „ptis, de quibus præcedit, per quæ in
 „summa magis visus sit Collectores præ-
 „dictarum sententiarum insimulare falsi-
 „tatis, & calumniarum, ipsamque Se-
 „dem Romanam notare negligentiam, &
 „præcipitis sententiæ, quam errores
 „suos ingenue confiteri, atque confu-
 „tare, an ve ea ab auditoribus ex
 „dicentis ore conscripta per multorum

Z 2

„manus

Sæcul. XVI. „manus transferint, non sine gravi
A.C. 1585. „scandalo legentium: aut testis di-
 „centem audiverit, ac scriptum ex ore
 „dicentis exceptum viderit &c. ut supra?
 „IV. inquiratur, an idem in Congre-
 „gatione quadam Facultatis sacrae
 „Theologicae, cum de articulis, ac
 „sententiis prohibitis ageretur, dixe-
 „rit, esse in aliis quædam, pro quibus
 „deberemus forsitan mori potius, quam
 „ea damnare, anve testis fuerit præ-
 „sens, vel dixerit hoc de partibus ali-
 „quarum sententiarum, an vero de in-
 „tegris sententiis, seu articulis? V. in-
 „dagetur, an idem diversis vicibus su-
 „sceperit publice in scholis theologicis
 „defendere positiones continentes clau-
 „sulas offensivas, & signanter de Con-
 „ciliis generalibus, quasi ea a Romanis
 „Pontificibus contingeret aliquando
 „non libere, non constanter, non ca-
 „nonice approbari, & ob id, etiamsi ef-
 „sent approbata per Romanum Pontifi-
 „cem, non prius tamen eorum defini-
 „tiones essent de fide tenendæ, quam ab
 „Ecclesiis catholicis jam susceptæ fue-
 „rint: anve testis habeat aliquas tales
 „positiones? si habuerit, exhibeantur.
 „VI. examinetur, utrum idem Bajus
 „publice in scholis theologicis in pro-
 „motione ad gradum Licentiæ in sacra
 „Theologia recitaverit orationem de
 „pote-

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

„potestate Romani Pontificis, & aliorum
 „Episcoporum, in qua plurimi graviter
 „fuerunt offensi, utrum eandem po-
 „tatea ostenderit Reverendissimo D. Lin-
 „dano, quasi consideret ea lecta ipsum
 „in ejus sententiam descensurum, qua
 „in re non tantum non consecutus fuit,
 „quod optabat, sed etiam sibi ipsum
 „contradicentem sensit. Porro cum per-
 „latum esset etiam ad Dominum Moril-
 „lonium de eadem oratione, is adeo fuit
 „commotus, ut tunc cum postea electus
 „esset in Decanum sancti Petri, respon-
 „derit, se non confirmaturum electio-
 „nem, nisi prius attestationem Facul-
 „tatis exhiberet super duobus istis,
 „quam tamen illius attestationem, nec
 „privatim quidem ullius Magistri, non
 „potuit obtinere VII. inquiratur, an
 „idem Doctor conatus sit inducere Fa-
 „cultatem Theologicam, ut consenti-
 „ret in omissionem clausulæ cujusdam
 „positæ ex ejusdem Facultatis conclu-
 „sione ad juramenta promovendorum
 „ad gradus, quæ clausula declarat ar-
 „ticulos in Bulla Pii V. notatos habен-
 „dos esse pro talibus, a quibus oporteat
 „studiosos abstinere, anve testis tum
 „fuerit in Facultate, quidque eum move-
 „rit, & quid Facultas responderit?
 „VIII. indagetur, utrum idem Bajus
 „majus illud scriptum, cujus supra fuit

Z 3

mentio

Sæcul. XVI.

A. C 1585

„mentio in interrogatorio secundo, di-
 „ligentissime recognoverit, manuque pro-
 „pria assumptas habens diversis in locis
 „varias additiones, partim nino, partim
 „atramento delineatas, die octava Ja-
 „nuarii anno millesimo quingentesimo
 „septuagesimo nono exhibuerit Gau-
 „dano, & Molano, præsumens, prout ap-
 „paret, quod sic eos traheret, ut clau-
 „sula illa ad juramenta promovendo-
 „rum addita, de qua in interrogatorio
 „immediate præcedenti, deinceps omit-
 „teretur, ac tandem deleretur, nec
 „amplius ejusmodi Sacramentum a pro-
 „movendis exigeretur. IX. Interroge-
 „tur, an idem etiam post ipsi exhibitam,
 „ac consignatam originalem Bullam
 „Apostolicam per Reverendum Patrem
 „Franciscum de Toletto huc directam,
 „rursus Facultatem sacræ Theologiæ
 „contristaverit, nec voluerit, cum id
 „ei ex officio incumberet, prælegere,
 „promovendo ad gradum licentiæ, clau-
 „sulam ad juramenta additam, de qua
 „præmittitur, anve testis fuerit præ-
 „sens. X. Quærat, utrum idem, cum
 „suscepisset positionem publice in Scho-
 „lis Theologicis defendendam de meri-
 „tis operum, in cujus prima proposi-
 „tione erat clausula suspecta, & repe-
 „tens interrogaretur, ut sensum illius
 „clausulæ explicaret, non expectata
 „respon-

„responsione repetentis, animo com-
 „moto eruperit in verba scandalosa, di-
 „cendo, quod ipse non vellet ad hoc
 „respondere: cur enim esset responsurus,
 „eoquod timeret accusationes, vexatio-
 „nes, & calumnias &c.?

Sæcul. XVI.
 A. C. 1585.

§. LIV.

*Nuntii Pontificii consilium de con-
 cinanda veræ doctrinæ
 explanatione.*

Hoc erat illud scriptum Vercellensi *Bajan. l. c.*
 Episcopo exhibitum, cum autem *pag. 209.*
 hic idem Præsul hisce interrogationi-
 bus Bajo propositis novas fuscitari con-
 tentiones vereretur, illud in usum de-
 ducere haud consultum censebat, qua-
 propter ad aliud recurrebat medium,
 quod ad revocandam Facultatis pacem
 magis securum, magisque congruum
 existimabat, decernens, ut Facultas
 mentem suam tali promeret explicatio-
 ne, quæ proscriptis articulis esset op-
 posita, cui tamen omnia Facultatis
 membra sese subscriberent, si hæc ex-
 planatio a summo Pontifice fuisset ap-
 probata, & confirmata: cum autem
 Episcopus urgentibus quibusdam nego-
 tiis Bruxellas reverti cogeretur, Mech-
 liniensi Archiepiscopo hoc consilium
 exequendi negotium dedit: itaque Men-